VERS. 6. — DETROXIT SAÛL CINÆO: AUITE ET RECEDITE, etc. *Cinæus* hic per synecdochem pro *Cinæis* sumitur, sicut sæpe hostis pro hostibus. Quare Vulgatus modò ad vocem, modò ad significationem intentus verbum adhibet plurale, ut hic, et singulare statim: *Ne forte introtram te*, etc. *Cinæos* prognatos esse ex Jethro sacerdote Madian, cujus filia Sephora Moysi nupsit, communis est Hebræorum nostrorumque sententia. Indicat Judic. c. 11, v. 16: *Filii autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de civitate Palmaram*. Cinæum autem istum fuisse Jethro ostendunt Septuaginta, qui locum istum ita converterunt: *Ἰσὶ τῶ Ἰεθρῶ τῶ Κνωσῶ τῶ πῶδερῶ τῶ Μωυσῆ. Filii Jethro Cinæi socii Moysi*. Cinæos autem istos habitasse simul cum filiis Israel, colligitur ex Numer. cap. 1, v. 29, ubi Hobab Raguelis socii Moysi filius adhaerisse dicitur Israeli. Quòd verò Cinæi in Israelitarum sortem contributi fuerint, et in terrâ promissionis commorati, docet mors Sisaræ à Jael illata, uxore Haber Cinæi, Judic. 4; Haber autem iste recessisse dicitur à reliquis fratribus, et cum Jabim Chananeo habuisse pacem. Ex quo fit valde verisimile, Cinæos alios vixisse inter Israelitas (eos, inquam, qui ab Hobab Raguelis filio traxerant originem), et in idem cum ipsis aliquo modo genus coalesse. Ita meo iudicio manifestè 1 Paralip. 2, in fine: *Cognationes quoque scribarum habitantium in Jabez, canentes, atque resonantes, et in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domus Rechab*. Quomodò Rechabite, de quibus Jeremias cap. 35, Cinæi fuerint, diximus in nostris Commentariis ad illum Jeremias locum.

Cùm autem Saül illud accepisset à Domino mandatum, ut Amalecitas, et quidquid ad illos pertineret, extingueret; non putavit in illis esse numerandos, licet in eadem cum ipse regione morarentur, Cinæos, qui neque generi erant Amalecitiæ, neque eisdem se cum illis peccatis implicierant. Quare illos excedere ab Amalecitarum consortio jubet, ne si cum illis convivere contingat, idem omnes promiscuè casus et exitum abripiat. Unde docemur, maiorum consuetudinem esse omninò evitandam, ne quid mali contingat propter vicinum malum. Ut enim periculum est maximum ne domus Flannam corripiat, paries cum proximis ardeat, et

Ne mala vicini pecoris contagia lædant;
et qui propè scopum stetit, quò tela à sagittario destinantur, propè etiam est, ut à telo præter sagittarii voluntatem configatur; et

etiamsi Cinæi cum Amalecitis jam ferro destinatis permixti vivant, sanè non procul absunt ab Interitu. Unus Jonas, à quo Dominus inobedienciae pœnas exigere voluit, connectores suos in grave naufragii periculum conjecit. Unus Judas tempestatem illam excitavit, quæ jactavit navim, et vitæ periculum ostentavit Apostolis, ut meditatur Ambrósus lib. 4 super Lucam.

TU ENIM FECISTI MISERICORDIAM CUM OMNIBUS FILIIS ISRAEL, CUM ASCENDERENT DE ÆGYPTO. Quid in ascensu de Ægypto, id est, in deserto, Cinæi, filii nempe Jethro, in Israelitas beneficii contulerint, quaerit Abulensis q. 16, et putat hanc misericordiam, de qua nunc Saül, descriptam esse Exod. cap. 18, ubi Jethro dicitur occurrere Moysi, et magnam illi benevolentiam ostendisse. Quam verò animo fuerit in Israelitas benevolo, illud apertè probat, quòd non minus videtur, quam ipse Moyses, de Israelitarum salute et felici progressionem sollicitus. Tradidit enim Moysi genero suo certam aliquam formam, quam in discipulandis causis, reque administrandâ publicè teneret, quom Moyses ipse utpote publicis rationibus opportunitatem amplexus est. Obluisse autem illum, cùm gentilis esset et sacerdos Madian, hostias et holocausta Deo, aut, quòd videtur verò propius, tradidisse hostias, quas sacrificaret Moyses in eo altari quòd excitâr proxime, cap. 17, v. 16, non exigua videtur in Hebræorum populum misericordia collata. Neque est verisimile, virum copiosum et potentem, ad generum quem per desertam et sterilem regionem incedere cognoverat, venisse vacuum, sed ex gregibus quos in locis proximis copiosos aiebat, attulisse aliquod non leve subsidium. Deinde Numer. cap. 10, Hobab filius Raguelis, qui et Jethro, qui regionem illam probè noverat, comitem videtur; imò et ducem viæ se præbuisse Hebræorum multitudini. De quo supra non dubitat Abulensis, est certè valde verisimile, licet nihil certum habeamus à textu. Hæc fermè Hebræi, Hieronymo teste in Traditionibus.

VERS. 8. — APPREHENDIT AGAG REGEM AMALEC VIVUM, OMNE AUTEM VULGUS INTERFECIT. Hoc secundum fuit peccatum, quòd admisit Saül, propter quòd regno judicatus est indignus, et à Deo reprobatus. Mandatum acceperat, ne quid ex Amalec reliquum faceret, quòd dicitur subjectum erat anathemati. Perdidit quòd vel in personis, vel in aliis sive inanimis, sive animatis spoliis erat vilis; quòd autem videba-

tur illustrius, seu magis ad humanos usus opportunum, ferro exemit et flammæ. Cur Agag regi parcere voluerit, variè à variis adducuntur rationes. Glossa interlinearis idèo putat Agag fuisse à Saule servatum, ut triumphum ægeret regi personâ magis illustrem; honoris autem sui rationem habuisse, ex eo constat, quia illius victoriæ extare voluit æternum monumentum. Ut enim habes v. 12, in illustri atque frequenti loco fornacem excitavit triumphantem. Josephus aliquid ibi pietatis agnoscit, cujus speciem videbat delusus prostrâs et cæcus et iudicio suo plus æquo assensus Saül. Cùm enim speciosum videret Agag, et formam regio nomine et majestate dignam, alienum existimavit illius sanguine macronem imbuerè. Lyra hoc avaritiæ tribuit Saülis, qui pro regiâ personâ luculentam sperabat redemptionem; aut certè occultos recludendos esse thesauros. Hæc fortasse vera. Ego potius existimo, quòd visum est Abulensi, indulgentiam illam ex in-tempestivâ quadam et stultâ misericordiâ fuisse profectam. Est enim durum quemquam occidere, et eum maxime qui in eadem fortunâ tecum et conditione sit. Adde quòd illorum qui ex altâ cecidère fortuna, subitus et acerbus casus etiam inimicorum animos ad misericordiam inducti (1).

VERS. 11. — PœNITET ME, QUÒD CONSTITUERIM SAÛL REGEM (2). Humano Dominum loquitur modo; neque enim cadere in Dominum pœnitentia potest, quæ culpam plerumque, et nonnumquam ignorantem consequitur. Ab effectu tamen hoc Domini consilium pœnitentia dicitur, quia id fecit, quòd homines solent, quos facit, sive consulti pœnitent. Hi enim consula nuntii aut constructa dissolvunt. Hinc fit, ut Deum pœnitere dicatur cùm inducitur diluvio terram opplevit, et exceptis admodum paucis, universum animantium genus extinxit. De quo Ge-

(1) VERS. 9. — ET VESTIENS. Hebræam vocem interpretes quidam reddunt: *Pinguis pecora*. S. Hieronymus accepit pro veste mutatoria, seu vestium parti. Alii de bobus bimilis, vel de pecoribus quibusque pinguis et eximis, secundario. Septuaginta, *cibus*. (Calmet.)

(2) *Je me repens d'avoir fait Saül roi*. Dieu dit qu'il se repent lorsque ses œuvres changent, quoique sa volonté ne change point: *Opera mutas, nec mutas consilium*, dit saint Augustin; il parle en homme pour se faire entendre des hommes. C'est comme s'il disoit, selon saint Grégoire: *J'avais fait Saül roi, parce qu'à l'ors il paraissoit humble. Mais maintenant je ne veux plus qu'il règne sur mon peuple, puisqu'il est devenu superbe, et qu'il n'a pas craint de violer l'ordre formel que je lui avais donné.*

nes. 6, v. 6 : *Pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terrâ. Quare nulla alia est hujus loci sententia quàm voluisse Deum regnum, quod Saül indolens, ab illo transferre, quia plus judicio suo aut studio tribuit, quàm divino mandato ac voluntati; cui qui se non omninò in re tantà submittant, indigni sunt, qui regium aut eximium aliud nomen sustineant.*

CONTRISTATUSQUE EST SAMUEL (1), ET CLAMAVIT AD DOMINUM TOTA NOCTE. Longè aberat Samuel, ut de casu Saülis et depositione gauderet, cum gravis illum dolor de tam subitâ atque inopinatâ mutatione percussit. Quare cum inveniit nocte, ut ex ipso textu conjectare licet, hanc à Deo vocem accepisset, quod reliquum erat noctis ad lucem usque in oratione atque clamore posuit, quibus lacrymas et gemitus dubio procul adhibuit. Surrexit autem de nocte, id est, priusquàm illucesceret, ut, quod à Domino mandatum acceperat, Saül denuntia- ret, et illum, si quâ ratione posset, ad facti veram pœnitentiam adduceret. Hoc postremum conjectare licet, tum ex studio Samuelis in Saül, cui secunda optabat omnia, tum ex Dei clementissimâ naturâ, quæ facili movetur pœnitentium lacrymis, et ubi quis mentem mutat, et facta prius malè ex animo retractat, ipse quoque solet mutare sententiam. Quod Samuel non ignorabat, qui hoc ex longâ cum Deo et familiarî consuetudine, et ex divinarum Scripturarum assidû commentatione didicerat. Sed, ut dixi, hæc tantum conjectura est, à quâ non abhorret Abulensis (2).

(1) Hebr. : *Iratus est Samuel. Ad litteram : Ejus vultus vel nares inflammatae sunt. Chaldaeus : Durum fuit Samueli, molestum illi accidit. (Calmet.)*

Samuel en fut attristé, et il cria au Seigneur toute la nuit. Le prophète s'attristé et cria vers Dieu, dit saint Grégoire, pour nous montrer de quelle manière les vrais pasteurs doivent pleurer la perte des âmes. « Ils poussent leurs cris vers Dieu, lorsque par leurs soupîes et par leurs prières ardentes, ils implorant sa miséricorde pour ceux qui sont tombés dans le péché, et ils crient toute la nuit lorsque leur charité les porte à se charger eux-mêmes de crime des âmes qui leur avaient été confiées, et qu'ils tâchent d'en faire pénitence et de satisfaire à Dieu comme si c'étaient eux-mêmes qui l'avaient commis. »

(Sacy.)
(2) Ille Cahen. (Bibl. 7, p. 57), Volney (Volney) sententiam referit, cui suam adiungit. Sur cette apparition Volney dit : « Encore une apparition, un colloque, un repentir de Dieu ! Pensez-vous que nos nègres et nos sauvages peuvent entendre de tels contes sans rire ? « Les Juifs digèrent tout ! » Est-ce des Juifs du temps de Samuel, des Hébreux, que parle

VERS. 12. — (1) ET EREXISSET SIBI FORNICIUM TRIUMPHALEM. Cum ex Amalecitarum caede reverteretur Saül, in Carmelo monte, in eo, inquam, Carmelo, qui ad funiculum pertinet Juda, extare voluit æternum aliquod parva nuper victoriæ illustre monumentum. Jam nimirum, ex quo suo plus judicio tribuit quàm divinæ sententiæ, suo potius honori servire maluit, quàm divino, cum victoriæ gloriam, quam divinæ virtuti referre debuit acceptam, sibi potius adscripsit. Id enim valet illud : *Et erexisset sibi fornicem, sibi, inquam, non Deo, quasi suæ assentatus industriæ ac bellicæ virtutis. Et ita putat Lyra. Abulensis aliter visum.*

Volney, ou des Juifs de nos jours ? Quant aux premiers, nous avons trop peu de données pour juger de l'effet que produisirent les paroles de Samuel qui parait ici raconter sa propre histoire, et être, comme dit Volney, auteur, juge et partie. S'il s'agit des Juifs de nos jours, l'expression ne nous paraît pas juste ; il y a aujourd'hui des hommes qui appliquent le raisonnement à l'étude de la Bible ; d'autres croient qu'agir ainsi c'est chose défendue ; il y a des Juifs et des Chrétiens dans chacune de ces deux classes d'hommes.

III, ut nobis videatur, ratione ducit, studio biblico incumbunt, qui postquam invicissimis argumentis in id adducti fuerunt ut inspiratos esse biblicos libros crederent, ac proinde summe veraces, in his libris non quod ipsi placet, sed quod Spiritus sanctus dixerit, investigant ; sed Volney et Cahen aliter faciunt. Non ratione, ut jactant, sed impietate alter, alter verò præjudiciis rabbinicis ductus, pessimis erroribus suis auctoritatem in Bibliis unicè querit, et mirum non est utrumque se reperisse, existimare. Non hoc semper evenire videmus, ut qui veritatem, non prius abjectis ex animo pravis opinionibus, sectantur, in majores quàm antea tenebras præcipites agantur.

(1) QUOD VENISSET SAUL IN CARMELEM, etc. Hebraeus et Septuaginta : *Venit Saül in Carmelum, et ecce constituit sibi manum, vel monumentum ; vertunt alii : Fecit sibi spatium, locum nempe liberum et spatiosum, ut prædam inter suos distribuere, ait Jonathas. Constat utique in Hebræo manum usurpari frequenter de loco spatioso, ut in Psalm. 103, 23 : *Hoc mare magnum et spatiosum manibus. Denique reddi posset : Fuit in Carmelo, et ecce ibi constituit præsidium pro eâ regione. (Calmet.)**

On vint dire à Samuel que Saül s'était dressé un arc de triomphe. L'orgueil est plein de ténèbres, dit saint Augustin, tenebrosa superbia. Dieu seul avait donné la victoire à Saül contre une si grande armée, et ce prince ne pense qu'à s'en attribuer toute la gloire. Il n'avait proprement de part à cette action si éclatante qui était l'ouvrage de Dieu, que la désobéissance qu'il y avait mêlée, qui était toute à lui, et qui aurait dû le couvrir de honte. Et cependant il s'occupe à élever des trophées de sa vanité, lorsqu'il est tombé devant Dieu d'une chute effroyable, et qui devait être sans ressource. (Sacy.)

Excitârunt quidem alii, aut triumphales fornicee, aut alia que instar habent illorum ; sed excitârunt, non tam ut inde sibi nomen parent in omnem posteritatem gloriosum, quàm ut accepti à Deo beneficii memoriam conservarent. Sic Moyses cum ex hoc eodem populo victoriam retulisset eximiam, Exod. 17, v. 15 : *Edificavit altare, et vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea. Hebraicè Jehovah nisi, quod idem valet atque, Dominus vexillum meum, ac si dicat : Dominus in hac acie dux fuit et auspex, non ego ; ille vexillum extulit ; sub illius signo, non sub meo victrices Hebræorum acies militârunt. Josephus lib. 5 Antiquit. cap. 2, illam aram Deo victori consecratam esse dicit ; non aliter quàm gentes cum ob causam diis suis à quibus profectam putant esse victoriam, cum hæc aut simili inscriptione aram construnt et dedicant : *Victori, aut statori, seu, triumphatori Jovi. Quòd verò Simon lib. Machab. 1, c. 15, illustrissimum excitârunt monumentum, pietatis fuit, non ambitionis opus. Extare enim voluit in suo populo egregiam illam et operatum molem, ne periret parentis optimi et fratrum optimè de patriâ ac religione meritum præclara memoria, in quam intuentes posteris seipos ad arduum atque gloriosum virtutis opus excitarent. Sed in hoc fornice nihil lego, quod divinam spectet gloriam. Tantùm lego Saül arcam sibi triumphalem erexisse ; neque sanè, quæ sequuntur penè omnia, aliquid aliud cogitare nos sinunt. Omnia enim ambitionis animi, et inanem populi plausum, et extimationem captantis argumenta sunt, ut quòd tantoperè optârunt honorari se à Samuele coram populo, quòd ad rabiem et furorem insanierit, quòd se vivo atque regnante, tantum sibi nomen David occiso gigante comparârunt.**

Ubi Vulgatus, *fornicem triumphalem*, hebraicè est *Masib lo iad*, id est : *Excitavit sibi manum. Sed est omninò idem, licet verborum forma nonnihil diversa. Est enim manus idem quòd opus, seu monumentum, per metonymiam, quæ causam adhibet pro effectu ; sicut *imaginem aut scripturam, manum* dicimus artificis. Quòd manus illud opus aut fabricam significet, quæ alicujus nomen aut memoriam conservat, docet illud Absalomis consilium, qui cum filiis careret, in quibus parentis vivere memoria, monumentum excitavit è marmore, quod sibi pro filiis esse voluit, in quo ipse viveret, quando in susceptâ sobole non poterat, 2 Reg. cap. 18 : *Porrò Absalom erexerat sibi, cum adhuc**

viveret, titulum, qui est in valle regis. Dixerat enim : Non habeo filium, et hoc erit monumentum nominis mei, vocavitque titulum nomine suo, et appellatur Manus Absalom usque in presentem diem.

Ex hoc Absalomis consilio atque opere non ineptè conjectare videor, excidisse Saulem monumentum illud cum inscriptione aut descriptione victoriæ quam ex Amalecitis reportaverat, perinde atque si sibi ipsi statuam erexisset, quæ vocaretur *Saül, vincens* nimirum, aut *triumphans* ; quomodò Absalom ex Hebræorum opinor, consuetudine, erectum monumentum ex suo nomine *Absalomem* vocavit. Alii alter vertunt. Pagninus : *Constituit sibi locum. Tigurina : Statuit sibi trophæum. Chaldaeus : Præparat sibi locum, ut didicit in eo prædam. Translatio antiquissima hispanica : Que fascia ende alarde. Unde hi ex hebraico textu translationes hæcè exprimere poterint, longè esset operis exponere : sat sit in presentia illas strictim notasse. Neque enim è Vulgata illo modo nobis recedendum est. Hebræi, ut tradit Hieronymus in Questionibus hebraicis, quos sequitur hoc in loco Lyra, ex palmis, myrtis et olivis fornicem illam putant esse contextum, eâ, opinor, adducti ratione, quòd tam brevi tempore et quasi in transcurso firmior alia moles è saxo excitari non poterat. Et ita fortassè accidit. Verumtamen cum copiosum se cum adduceret exercitum, non videtur difficile tot manibus, et magno etiam studio, quo victores milites suo regi placere vellent, rudem aliquid et impolitum fornicem fuisse constructum. Quàm porrò fuerit usitatum in saxis, quales sunt statue, columnæ, obelisci et alia barbæ atque insanæ moles, rerum gestarum monumenta deligere, omnes penè nationes, in quibus aliquid est politioris disciplinæ cultus, abundè docent, quales fuerunt Egyptii, Græci, Babylonii, Romani, de quibus scriptores externi satis multa ; et nos aliqua nunc ejusmodi monumenta videmus, quæ licet longa, non tamen omninò confecti vetustas. Quòd verò in his triumphales fornicee, sive arcus numerentur, testantur Romæ plures alii ; sed ille præcipue, in quo adhuc visuntur debellatæ Jerosolymæ illustres exuvie, aureum videlicet candelabrum, cum aliis è sacra suppellectiliis ornamentis, quæ ibidem duo imperatores ad æternam memoriam insculperunt.*

ET REVERsus TRANSISSET, DESCENDISSETQUE IN GALGALA. Ubi sibi æternum monumentum in triumphali fornice excitavit Saül, quasi illa

prima omnium cura esse debuerit, descendit in Galgala, ut pacificas victimas Deo in gratiarum actionem immolaret. Porro, ut vidimus cap. 11, v. 14, ibi jam excitatum fuerat altare, et ibidem jam iterum sacrificium obtulerat, cap. 15, v. 9, ibi eum Samuel deprehendit.

SAUL OFFEREBAT SACRIFICIUM DEO, DE INITIIS PREDARUM. Hæc in hebraico textu non sunt, neque in quibusdam Latinorum codicibus reperiuntur, ut in Complutensi. *Predarum initia* illa dicuntur, quæ præcipua sunt, quæque primo constituuntur ordine, quæ etiam appellari possunt primitiæ, quæ ideo debentur et redduntur Deo, quia et prima sunt, et eo nomine plerumque meliora. Quâ in re cum alia stultè et irreligiosè fecerit Saül, in hoc tamen, quod prima et optima Domino consecravit, rationem habuit officii religiosi, quo Deum optimis quibusque rebus honorare voluit. Quod verò *initia* idem aliquando valeant quod *præcipua*, docet illud Eccli. 29, v. 28 : *Initium vitæ hominis aqua, et panis, et vestimentum, et domus protegens turpitudinem*. Hæc enim, ut patet, non *prima* sunt, sed *præcipua* humana vitæ subsidia.

VERS. 15. — DIXIT ET SAUL : BENEDEICTUS TU DOMINO (1). IMPLERI VERBUM DOMINI. Occurrit Saül lætus et gratulabundus Samueli, quasi allaturus esset aliquid quod illi futurum esset voluptati. Et primum illum excipit gratulatoria quædam, et ut reor, usitatâ inter Hebræos salutatione. Sic sanè Lucae cap. 1, angelus salutavit Mariam : *Benedicta tu in mulieribus. Benedictus* porro felicem et omni ex parte fortunatum significat. Quare hujus sive salutationis sive gratulationis sensus est, verè felicem esse Samuellem, cui id à Deo concessum est, ut fu-

(1) *Béni soyez-vous du Seigneur. J'ai accompli la parole du Seigneur.* On voit dans Saül l'image d'une âme qui du péché tombe dans l'aveuglement, sans que l'on remarque en elle aucune trace d'un retour sincère vers le médecin qui la doit guérir. Après avoir désobéi si formellement à Dieu, non seulement il ne connaît pas sa faute, mais il croit même qu'il a fait tout ce que Dieu lui a commandé. Et lorsque le prophète lui fait entendre que sa faute ne lui est pas inconnue, il la déguise avec adresse; et il veut lui faire croire qu'en réservant les troupeaux des Amalécites, contre l'ordre exprès de Dieu, *c'est été pour l'honneur, et pour les lui offrir en sacrifice*. Il n'y avait que le démon, qui après lui avoir fait commettre le crime qu'il avait commis, lui put inspirer ces sortes d'excuses, qui ne pouvaient servir qu'à envenimer sa plaie et à la rendre encore plus incurable. (Sacy.)

tura prænoscat, quod non dubiè conjecturâ ex hoc eventu colligebat Saül, aut magno apud Deum in honore esse, quem et antea sciebat, et nunc tot modis ornârit, et tot tanquæ profusis beneficiis complexus sit. Et ut aliquis accederet ad gratulationem officiorum cumulus, ostendit et ita rem Amalecitem contigisse, sicut ipse præviderat, et se id cumulâtè præstitisse, quod Dei nomine per Samuelem fuerat imperatum; sed Samuel, qui jam à Deo, quid fuisset à Saüle peccatum, didicisset, longè aliter rem est interpretatus, quàm ipse putabat.

VERS. 14. — ET QUÆ EST HÆC VOX GREGUM, QUÆ RESONAT IN AURIBUS MEIS? Coarguit Samuel regem manifesti mendacii, cui id in mandatis datum erat à Domino, ne quid reliquum faceret eorum quæ possedisset Amalec. Contra quem clamabant ovium balatus, armentorum mugitus, quibus regis ac militum ut obtenta religionis species, aut immoderata potius cupiditas ignoverat. Quem animum tunc Samueli fuisse existimemus, cum eodem tempore in illius auribus et Saülis vox adulatoria et mendax, et tot veræ gregum et armentorum voces resonarent? Sic planè in re morali multi sunt, qui se pios esse verbis profitentur, at contra obstrepunt plurima, quæ illos impietatis et mendacii convincunt. Quorum similitam continentiam prodit aut lascivus oculus, aut vox multò quàm deceret petulantior, vagus incessus, dissoluti mores, quos neque pudor temperat, neque honestatis ulla ratio compeccit. Multi justos se esse clamant, quique à rapinâ non solum manus, sed etiam oculos et cupiditatem continent, cum tamen clamant et vehementer accusent pupillorum ac viduarum prædæ, quæ sceleratam et avaram domum instruunt et exornant; contra quos lapis de pariete clamat, et illis ligum, quod *intra jumentorum adificiorum est, respondet*, Habac. 2. Sanè infirma est orantis deprecatio, cum ex adverso clamat aut fraudata merces, aut violenta prædatoria, aut innocentium injuria, aut afflictiva pauperum conditio. Gregorius in gregum armentorumque vocibus, famam intelligit, quæ hominem qui se justum appellat, sceleris convincit et damnat. « Vox, inquit, gregum et armentorum Amalec fama turpitudinum est. » Quando de minoribus luxurie culpis quilibet diffamatur, vox gregum resonare dicitur. « Quando item de criminosioribus et obscenioribus accusatur, vox armentorum. Quasi sub falsæ virtutis suæ simulatione recondi-

« tum denudat pectus, dicens : Tu te proprio ore justificas, sed immunditiarum tuarum turbæ per omnium ora clamant. »

VERS. 15. — ET AIT SAUL : DE AMALEC ADDEXERUNT EA; PEPERCIT ENIM POPULUS MELIORIBUS OVIBUS ET ARMENTIS, ET IMMOLARENTUR DOMINO DEO TVO. Hic multa peccat Saül, dum depellere à se studet, aut elevare crimen. Primum, culpam removere in populum, quasi se invito aut ignorante, optimis quibusque pepercerit, cum tamen toto illo tractu, qui medius est inter Amalec et Galgala, greges illi armentorum et ovium trajecti sint; quod tamen sine longâ morâ et magno impedimento fieri non potuit; quare nisi populi studia ipse probaret, aut aliquid ad se pertineret ex prædâ, non sanè patereetur agmen tarditus incedere, aut ad gregum custodiam partem exercitii sine exigua divelli. Deinde aliquam obtendit excusationis umbram, dum ait illam prædam opimam et pinguem pietatis esse, non avaritiæ, neque ad domesticum commodum esse servatam, sed ad altaris religiosum usum. Sed hanc vocem, quæ aliquam habet pietatis atque honestatis speciem, apertè confutat, quod dictum ante fuerat v. 9, ubi pepercisse dicitur populus connivente, imò, ut videtur non improbabile, jubente rege Agag regi Amalec, et vesti pretiose, et universis quæ in suo genere atque ordine pulchra videbantur, cum tamen horum pleraque altari minus essent idonea. Sunt autem hic maxime notanda verba Gregorii, qui hic reproborum ingenium agnoscit, et reprobationis captat non obscura prognostica. « Quando reprobi, inquit, arguuntur, culpas aliquando negando tegunt, aliquando in alios transferunt. Tegunt quidem negando, cum latere possunt, sed dum quasi in aperto deprehensi tenentur, quod negare nequeunt, aliis adscribunt. » Dixit hoc idem optimè Rupertus, qui cum alla peccata Saülis retulisset, ut quod impositum abjecisset imperium, suoque judicio magis indulgentem putaverit, quàm divino, tandem subdit : « Præterea, quod nequissimum est, reldargutus in sermone Domini dicens : *Nonne cum parvulus esses, etc.*, refellere ausus argumentem se de peccato Spiritum Domini, cum superba despectione dicit : *Imò et audiri vocem Domini, etc.* Hoc enim nequissimum est, cum post voluntatem peccati, quod primum est, et post affectum operis, quod secundum est, atque post usum perversum, quod tertium est, additur et defensio pec-

« cati, quod quartum est, et hic nullus venit locus est. Nam et per prophetam Deus dicit : *Super tribus sceleribus Damasci, et super quartam non convertam eum.* Igitur tantis exacerbatus contumeliosis injuriis Spiritus Domini recessit à Saül, et exagitabat eum spiritus nequam à Domino. »

Sauè quamdiù patet reprehensioni locus, et aures dantur reprehendentis euleis, spes est vitæ, sicut egrotanti ad mortis usque periculum, si modò non respuat, quod est in medicina durum et amarum. Ut enim de illius vitâ actum existimatur, qui efferatus in rabiem horret medicinam, et captus phrenesi fortunatum se putat et sanum, et capere ideo furit et stomachatur in medicum, sic etiam de illius spirituali salute desperatur, qui cum morbo labore spirituali, correctionis salutare remedium non admittit. Ita Chrysostomus Homil. de ferendis Reprehensionibus. De illo qui durius reprehensionem accipit, et in medicum, id est, reprehensorem indignatur, est illud Ecclesiastici 21 : *Qui odit correctionem, vestigium est peccatoris.* Quod planè horribile aliquid et execrandum sonat. Peccator enim idem interdum est quod diabolus, qui antonomasticè peccator dicitur, quia peccatorum maximus est. Sic aliqui explicant illud Psal. 108 : *Constitu super eum peccatorem, et diabolus stet à dextris ejus.* Vox, *diabolus*, quæ præcessit, quo sensu peccator sumi debeat, ostendit. Qui ergo correctionem odit, ille impressa ostendit animo suo diaboli vestigia. Sen quia diaboli notum est et familiare domicilium, atque ideo ibi apparent illius non obscure notæ, sicut juxta leonum cubilla, leonum apparent impressi pedes, et juxta aspidum serpentumque foramina, reptantis corporis sulci visuntur. Aut quia constat, cum animus est ad correctionem durus et indoctilis, aliquid ibi esse diabolice fraudis machinamentum et opus. Quomodò dicitur, cum cinerem intuemur, grassatum esse ignem, cum stratas segetes, grandinem aut nimbum pervasisse, cum disjectos muros, subversas domos, saxorum acervos, hostiles præcessisse machinas et impressiones conjectamus. Hæc enim omnia ignis, grandinis et hostilis impetis vestigia sunt. Aut certè propè jam esse diabolum qui domum ambit, neque procul esse, ut illam tanquàm possessorem et dominum ingrediatur, quando proximè illius sese ostentant vestigia. Et quidem cum diabolus sit usque adeo superbus, ut neque in suâ miseriâ, et in despectu atque odio angelorum

et hominum antiquos spiritus insanos et insolentes abjecerit, et sic in peccatis obstinatio hæreat, ut neque illum penitentia subeat, neque aliqui de se male factum esse cognoscat, plane diaboli in se vestigia, id est, signa atque argumenta circumfert, qui neque peccatum agnoscat suum, neque reprehensionis admittit aculeos, sed obstinatio aut amat, aut probat, quod ex ipsius animo prudens et amica sedulitas expungere conatur. Hoc ipsum in Saule citato proximè loco observavit Rupertus. Cum enim alia in Saule pertulisset Deus, ubi tamen eò progressus est, ut peccatum excusaret, et contra impactam sibi reprehensionem obduresceret, recessit ab illo Spiritus Domini bonus, et spiritus eum nequam exagavit. *Igitur tantis exacerbatus contumeliosis injuriis Spiritus Domini recessit à Saul, et exagitabat eum spiritus nequam à Domino.*

UT IMMOLARENTUR DOMINO DEO TUO. Illic Gregorius vocemagnoscit penitentis animi, suaque consilia vehementer damnantis, in qua tamen aliquid videt peccatoris artificium, qui dum videtur se ipsum accusare, ac suas extenuare virtutes, callidè tunc se ac sua artificiosè commendat. « *tuo, quia ego peccator, tu singulariter sanctus es. Sed mirabili usu fraudis fallaces sic se tegunt, ut proferant, et justificent, et ut accusent. Accusationis quoque modum sic temperant, ut accusando justè appareant, et ne excusando innotescant. Dum enim suum Deum dicit (nempe Samueli) illum quidem extollit, se minuit, sed dum adducta ab Amalec asserit, quæ Domino immolentur, tacitè profert, non unde reprehendi debeat, sed laudari. » Hæc Gregorius. Ego aliquid hic agnosco humanæ solertiae callidum artificium. Tunc peccatum alicui nullum existimatur, aut leve, cum in illius usum, aut obsequium factum est, quem amat aut colit. Filius neque horret, neque cogitat ullum esse peccatum, quod alius admisit, ut parentem eximeret à vinculis, aut vindicaret à morte, etiamsi in ipso libertatis modo fraus interessisset, aut injuria. Et si quispiam contra fidem et pactum aliquid esset aggressus, quo regem captum in libertatem assereret, ille apud eos qui regis causâ laborarent, nihil videretur admisisse grave, aut supplicio dignum, quia patris regisve libertas, et ex eâ orta in filiis populoque lætitia, si quid est in illo conatu indignum et turpe, aut tollit, aut elevat. Erat Samuel, quæ animum conciliare sibi studebat Saul,*

quem alienum à se, et propter violatum Domini præceptum offensum videbat, servus Dei fidelis, quem amabat ut patrem et ut regem et deum suum, et colebat ex animo, et religiosè prosequatur observantiâ. Quare audiebat hilaris et gratus, si quidpiam ab aliquo in ejus honorem esset religiosè susceptum. Cùmque id non posset ignotum esse Saül, Samuelis Deo servata esse dicit ex Amalecitarum exuviis non villa, aut quæ Deus ab altari rejiceret, sed pulcherrima, quæ Deus et gratis acciperet oculis, et libens admitteret ad animum. Atque ideò dicit: *Ut immolarentur Deo tuo, quem tu colis et amas, atque ideò non potes non probare, quòd in ejus obsequium è totâ prædâ electa atque servata fuerint.*

RELIQUA VERO OCCIDIMUS. Ea videlicet, quæ nulli erant usui populo futura, et quia plus in viâ allatura fuisset molestiæ, quam commeditatis, ubi ventum esset in patriam. Tunc autem satisfactum esse putabat divino mandato. Quo quid alienum magis?

VERS. 16. — SINE ME, ET INDICABO TIBI, QUÆ LOCUTUS SIT DOMINUS. Quidam ex observantiâ hanc Samuelis vocem natam esse putant, quasi ventam à rege et facultatem loquendi petat. Quod meritò improbat Abulensis, et potius videtur existimare, vocem ejus esse qui cum fastidio audit verba quæ manifestè novit esse falsa, et os studet obstruere illius cujus in dicendo futilitatem et falsitatem damnat. Quasi dicat: Sine me dicere, id est, tace, et ista verba negatoria mitte, et audi, quàm ipse Deus, de cujus sacrificiis tam tibi tenere blandiris, de te ac tuâ religione diversè judicet. Et quò magis sibi regem reddat attentum, illa omnia accepisse se dicit ab ipso Deo. Cùmque rex non posset contra divinæ vocis majestatem quidquam moliri, respondet, per se non stare, quominus propheta, quæ à Domino accepit, liberè loquatur. Loqueretur autem sine dubio Samuel, etiamsi contra aliquid moliretur rex, et minus intendere, si molestus esse pergeret, cùm divinum urgeret præceptum, et plus apud ipsum divina quàm regia majestas ponderis haberet.

VERS. 17. — NONNE CEM PARVULUS ESSIS (1).

(1) *Lorsque vous étiez petit à vos yeux, n'êtes-vous pas devenu le chef d'Israël? Saul avait parlé à Samuel d'une manière soumise et obligeante, selon la remarque de saint Gégôire; et Samuel, sans perdre le respect qu'il lui devait, le reprend avec une sagesse pleine de force. « Les grands et âmes ne se laissent point éblouir par la flatterie. Ils ne considèrent dans les hommes*

Crescit peccati gravitas, quò majora sunt beneficiorum momenta. Illa verò eò plus habent ponderis, quò nequè petita, neque expectata veniunt. Longè erat, ut se regno dignum existimaret, qui neque in suâ familiâ ac tribu aliquid nomine regio dignum agnoscebat; quique ut illum honorem, seu veritè onus, declinaret, latebras quæsierat, et oculis se tam avidè quærentium studiosè subduxerat. Hunc tamen vocavit ad regnum, et populo copioso et latè dominantè præposuit. Cùmque illi hoc primùm in mandatis daret, ut deleter funditè nomen Amalec, ipse tamen aliis rationibus abductus, aliè se et sua consilia insipienter avertit. Hæc aperta sunt. Illud observandum, quòd Deus misisse dicitur Saulem in viam, id est, viam ostendisse, per quam rex incederet, si modò vellet aut dato sibi muneri, aut imposito proximè mandato satisfacere; ille tamen aliam viam ingressus est, conversus ad prædam et propria commoda, quæ, si in officio esse vellet, contemere debuisset, et ad intercessionem usque delere. Illic religiosus optimum habet documentum, reprehensionemque non leviorè quàm habuit Saul, si fortè iter ingrediatur

« que l'ordre de Dieu. La crainte de ce souverain Juge occupe toute leur pensée. La vérité qui forme leurs sentiments conduit leurs paroles, et de quelque manière qu'elles puissent être prises par les hommes, il leur est suïvit de dire ce que Dieu leur a commandé, et ils ne sont en peine que de lui plaire. » Le prophète rappelle Saül au premier état d'abaissement où Dieu l'avait pris. *Il était petit alors, et il l'était à ses yeux. La tribu d'où je suis, dit-il à Samuel, est la dernière dans Israël, et ma famille est la dernière de ma tribu. Il se croyait peut-être encore lui-même le dernier ou l'un des derniers de sa famille, et il se cachait lorsqu'on voulait le faire roi. On peut donc dire qu'il était alors assez humble pour vivre sagement dans une condition particulière. Mais lorsqu'il se vit tout d'un coup élevé au comble de l'autorité souveraine, il ne put porter le poids de sa gloire. Car un fondement médiocre peut suffire pour une petite maison; mais si on élève dessus un grand édifice, le fondement s'ébranle, et la maison tombe.*

C'est ce qui a fait craindre les plus grands saints, lorsqu'on leur a voulu imposer une dignité dont celle de Saül était la figure. Ils savaient que jusqu'alors ils étaient humbles, au moins dans le désir; mais ils ne savaient pas s'ils l'étaient assez pour ne point cesser de l'être, lorsqu'ils se verraient élevés au-dessus de tous les autres. Et ainsi ils appréhendaient avec raison que Dieu ne leur dit comme il dit ici à Saül par son prophète: Lorsque vous étiez petit à vos yeux, je vous ai rendu grand; mais votre grandeur vous a fait oublier votre petitesse; et vous vous êtes élevé contre moi, parce que je vous avais mis au-dessus des autres. (Sacy.)

aliud quàm aperuit Dominus, cùm illum primùm ad religiosum institutum vocavit. Tunc mandatum accepit, et sanè severum, ut perdat funditè Amalec, neque ex eo quidquam sibi retineat quod jam est anathemati subjectum, quia ille sic sicut in religiosi potestate odiosa Deo, ut sibi nolit ex illis offerri sacrificia. Lex autem religiosi imposita et ostensa, vera religiosi via est, Matth. cap. 19, v. 29, ubi tam parentes et omnes cognatione conjuncti, quàm agri, id est, quidquid in bonis numerat humana cupiditas, dicuntur esse relinquenda. At qui ad illa convertitur, quibus Deus bellum indixit implacabile, et prædæ sibi esse vult, quæ potius esse debeverunt fastidio atque odio, ille reservat sibi aliquod ex Amalecitarum bonis, quæ Dominus diro percussit anathemate, et in illam incurrit reprehensionem, quam in Saulem Saül intorsit (1).

VERS. 20. — IŒO AUDIUIT VOCEM DOMINI (2), etc. Longè aberat, ut se peccati reum agnosceret Saül, quando tam liberè prophetæ contradixit, dum negat sibi quidquam è divino præcepto fuisse prætermisum. Repetit autem ea fermè omnia quæ supra, v. 15, quæ rursus à nobis iterari necessarium non est (3).

VERS. 22. — NUMQUID VULT DOMINUS HOLOCAUSTA ET VICTIMAS, ET NON POTIUS UT OBEDIATUR VOI DOMINI? Illustris est ista, et sæpè à Patribus iterata sententia. Quæ holocaustis, et cuiusvis alii materiæ sacrificio, obsequentem animum et obedientiam internam oblationem anteponit. Lege Gregorium, qui in hoc Samuelis de obedientiâ illustri testimonio mirificus est, et quomodò ab obedientiâ potior sit quàm ab holocaustis et victimis aliis oblatio variis modis exponit et amplificat. Paucæ hæc adducam, ut ex illo sume reliqua. « Per alias, inquit, virtutes nostræ ei impendimus, per

(1) INTERFICITE PECCATORES AMALEC. Hebr.: *Anathematizabitis, delebitis peccatores istos, Amalec istum.* Septuaginta: *Externis Amalec, qui peccaverunt in me.* (Calmet.)

(2) Septuaginta: *Audivi vocem populi.* (Calmet.)

Saül lui dit: *J'ai écouté la voix du Seigneur; Saül continue à s'excuser. Il a fait le contraire de ce que Dieu lui avait dit, et néanmoins il prétend qu'il lui a été fidèle. Si l'on a réservé quelque chose du butin, c'est le peuple, dit-il, qui en est cause, et on l'a gardé pour l'offrir à Dieu. Ainsi il dispute contre le prophète, et le malade se croit plus éclairé que le médecin.* (Sacy.)

(3) VERS. 21. — TULIT POPULUS PRIMITIAS EORUM QUÆ CESA SUNT. Hebræus: *Initium anathematis, quidquid pulcherrimum et optimum eorum quæ interficienda fuerant.* (Calmet.)